



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 10. Iudæi clamantes: Crucifige, crucifigi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

§. X.

Iudei clamantes : Crucifige, crucifigi.

9. Clamor Iudæorum ante Pilatum factus ad cælum ascendit. Quid enim clamant? *Crucifige, crucifige eum. Non hunc, sed Barabbam. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Factum est, quod voluerunt. Nam primò Titus Iudæum captum in cruce agi pro muro iussit, ut eo spectaculo ceteri territi cederent. Cumque ex Iudæis complures quotidie caperentur, saltem quingenti per singulos dies, & interdum plures: eos omnes ante oculos civium Titus crucibus suffigi iussit; adeoque multiplicatus est eorum numerus, ut (quod Iosephus ait) jam spatium crucibus deesset, & corporibus cruces. Erant hi, qui ex civitate, fame urgente, foras egredi coacti sunt, qui dum cibum quærerent, exitium inveniunt. Crucifixi ex illis ipsis sunt, vel absque dubio illorum filij, qui clamauerunt in Christianis: *Crucifigatur, crucifigatur, & : sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Viderunt hæc spectacula obsessi è moenibus & turribus civitatis, & tamè non recordati sunt, se se ad hoc, Christo crucifigendo obstrinxisse, iamque in quo iudicio iudicauerant, esse iudicatos.

Ioseph.
lib. 6. de
bell. c. 7.

Ibid. c. 12.

Matth.
27. 23.

Matth. 7.
9

§. XI.